

☉ ( o ) ☉

dum igitur, ne speciosum nomen *canonis Philosophici* imponat controversias Theolog. tractanti. Fac, aliquem negare animæ humanæ immortalitatem, & pro hâc sententiâ ita argumentari: *Quicquid prædicatur de totò, prædicatur etiam de parte: atqui de totò homine prædicatur, quod sit mortalis. Ergo de parte, nempe animâ quoque prædicatur, quod sit mortalis.* Laqueum evadere hîc vix poterit, qui cānonem adductum pro philosophico agnoscit. (4.) Ignorantia dicam, an impudentia nonnunquam eò abripit adversarios, ut sententiæ suæ fidem conciliaturi loca Scripturæ à textu originali penitus abludentia adducere non erubescant. Testem habemus Jes. Becanum qui probaturus, *Ecclesiam absolutè visibilem esse*, adfert locum Psalmi 19. 6. *In sole posuit DEUS tabernaculum suum,*  
i. e.